Digitale Westfälische Urkunden-Datei (DWUD) - http://www.dwud.de - a1061792

Beiheft S 204 ff.

Item nota: pro Stina nata Delsen Wenync illegitima fuit restituta Mechildis, nata Elsiken Hesselinc in Rede, morans in casa thon Stochcampe, de quo Johannes Holtwic in Bocholte prestabit ecclesie warandiam, super qua littera habetur aperta (= Regeſt Nr. 360).

In Anholte moratur Evesce soror Renscen Brunsen; fuit data pro Elsbe filia Wilhelmi Hecscelinc in Dinsperle per dominum de Borclo.

Item Stina thon Campe, que moratur iuxta Hecscelinc (in Dinsperle credo), fuit per dominum de [Su]len pro filia dicti Wilhelmi nomine Lumme data.

Item Aleydis dicta Deye thon Lare morans in Micste attinet ecclesie, que quondam morabatur credo iuxta Brocmolen.

Item Johannes filius Jutte Grevinch (persona recepta) [pro] filio Gerhardi Stemerinc dicitur morari in Ghoye.

Item nota: Hermannum, filium Hermanni Boinkinc, Gerhardus de Bermetvelde restituit pro Ber[nardo filio] Krummen Lenscinc in officio Borcken.

Item nota: Hermannus de Heydene officiatus tunc temporis, scilicet anno Domini MCCCLIIII die divisionis [Apostolorum nomine] abbatisse dedit mihi Rotghero in usum ecclesie Vredenensis Elsiken filiam Lamberti Hoykinc . . .[1]) ea in reconcambium Mechildim filiam Henrici quondam sculteti curtis Ratmen pres[entibus domino Johanne dicto] Vreselere, Gotscalco Evekinc et pluribus aliis.

Item eodem die ego nomine ecclesie predicte dedi Gerhardo Boync et Alberto de Erf . .[1]) [officiato] Reyneri de Covorde domini in Borclo Elsiken suprascriptam et restituerunt . . . Vredenensi pro eadem Elsika Walburgym filiam Johannis Kosinchusen . . .[1]) [presentibus] Johanne de Merste, Gotscalco Smedinc, Gerhardo Lohus.

Item nota Albertus de Graz wendidit Nicolaum filium Johannis . . .[1]) ne eius uxoris morantium tunc Vredene, quem . . .[1]) sine filio quondam Wilhelmi de Etschedorpe . . .[1]).

Item nota, quod domina Heylewigis preposita Gertrudim filiam Gertrudis . . .[1]) Etschedorpe manumisit recipiens pro ea Bernardum thor Brant vel dictum Bat . . .[1]) sue uxoris, quam Wilhelmus de Etschedorpe, filius Wilhelmi predicti, restituit pro ipsa . . .[1]) cum Gertrude sic manumissa prestare warandiam de ipso Bernardo. Deinde ipsa preposita recepit eandem manumissam in ministerialem sui et sue ecclesie Vredenensis.

Item Gerhardus et Bernardus fratres, dicti Ledersnidere in Bocholte, pro Gotfrido dicto Hermenssoenesunen manumisso restituerunt Hillegundim natam Johannis dicti Hesselinc anno Domini M°CCC°L quinto octava beati Martini episcopi hyemalis; super hiis littera habetur predictorum fratrum, qui prestare warandiam promiserunt litera in eadem.

Item pro Aleyde, concubina nunc temporis Johannis Lefardinc, et Henrico eius nato dabatur Alexandro de Urde in Rede Dena van Varlebroke cum puero x)

x) suo seu pueris suis anno Domini MCCCLVI ipso die translationis sancti Martini episcopi.

Item nota: Stina uxor Bernardi thor Blonkevort in Brunen attinentis domino de Cleno [1]) Joh... pueris suis ecclesie Vredenensi.

1) Pergament zerstört.

Forts. Karte VI

© LWL-Archivamt für Westfalen, Internet-Portal "Westfälische Geschichte" - LWL 03/2007